

Consensus redimendi oppidi Laz
zenisko cum villis ad illud per
tinentibus M^o Raphaeli
de Jarostawo datus.

169

Caesarius Dei gratia rex Poloniae, ma-
gnus dux Lithuaniae, Russiae, Prus-
siaeque dominus et haeres etc. Signi-
ficamus tenore presentium quibus ex-
pedit universis. Quomodo habito spe-
ciali respectu ad praclaram singularium
virtutum, probitatumque et altorum me-
ritorum constantiam, et puri animi
integritatem generosi Raphaelis de
Jarostawo capitanei Leopoliensis sincere
nobis dilecti, quibus majestatem nostram
in nostris negotiis suis fidelibus servi-
tibus semper veneratus est, et eidem plu-
rimum merebatur et placuit; memissit
itaque intuitu volentes eum utcumque
reddere consolationem et ad nostra studio-
siora obsequia in posterum efficere prom-
ptiorem, sibi bona nostra Regalia, videlicet
oppidum Lazzenisko cum villis omnibus
ad illud spectantibus et pertinentibus
interreas

in terra et districtu Premislensi sicut
de manibus generosi Spithonis de eadem
Iustitiae Succamerani Premislensis
germani sui in pecuniis justis, rite et
legittime in eisdem bonis inscriptis et
assignatis, redimere et eximere dedimus,
concepimus et indulgimus, damusque
concedimus et indulgemus presentium
perpetuam nostrum consensum pariter et
assensum ad id specialiter audentes, dan-
tes eidem Raphaëli capitanei, suisque
Successoribus legitimis ac concedentes
plenum posse totalemque et omnim-
modam potestatem inefata bono no-
stra Lazensko cum omnibus villis ad
eamdem pertinentibus in eisdem pecuniis
aut florenorum Summis, in quibus
ipsa redimeret, tenendum, habendum,
uti fruendum, pacificeque et quiete pos-
sidendum iuxta vim, formam, conti-
nentiam, tenorem et effectum literarum
super eadem bona per nos aut predecessores
nostros justis et legitime datarum, con-
cessarum, et emanatarum. Insuper pro-
dicto Raphaëli Capitaneo Leopoliensi ad-
vocatus

○○○○

vocatias ibidem in Lazienko et villis ad
 illam spectantibus apud eandem Advo-
 catos et possessores emendas et comparan-
 das consensimus et indulsumus, conce-
 dimusque, consentimus, et indulgemus
 per presentes. In cuius rei testimonium
 sigillum nostrum presentibus est subap-
 pensum. Datum Cracovie feria quinta
 ipso die Sancti Petri ad vincula, anno
 Domini millesimo quadringentesimo se-
 ptuagesimo primo.

Relatio Venerabilis Ibi-
 qui de Oleonice, Schola-
 stici Cracoviensis, Inocen-
 sisque, Cracoviensis et San-
 dominiensis Ecclesiarum Canonici,

praeterea et exaltati, et ceteri, qui successerunt in
 scriptis. Dicitur in summo certum dicitur
 in memoriam et insuper pro quatuor millibus so-
 discentibus triginta et sex florinarum summa
 vicarium boni et iusti pudentis emi et compa-
 rari, prout privilegium serenitatis uniusque
 dicta perpetua condicione emanatum latus
 suat, et licet et supra scriptum est prohi-
 tum apponere prohibentibus cum illis pro latis
 libere perpetua exemptione comparacionibus.

